2196

renitate successorum ac legatibus quibusvis impedimentis differrent et prolongarent ad quietationem dilationem non petent Pauperum tamen Hanca-
rum et triplici pena vadium quoque non evadent, Motionibus Appel-
lationibus earumque prosecutionibus Controversiis exceptionibus Prescri-
ptionibus suspensionibus Evasionibus ac dilationibus quibusvis universis de
iure et consuetudine dari solitis iurisque remediis abrenunciant, suis
et suorum successorum sub quomissione totius cause vigore lectionis vadii
quo soluto utique inscriptioni presenti satisfacere tenentur quoniam opus fue-
rit. Tabl. Nulla prescriptione tamen obstante

Idem transfundit eidem

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castri Premisliensis Gene-
rosus Andreas Tharanowski Secretarius Sacre Regie Mtis, Actis
districtibus iuribusque suis quibusvis propriis seu competentibus rece-
dens, huic vero iurisdictioni Castri Premisliensis se cum successoribus bonisque
suis in toto quoad effectum infrascriptorum attinet incorporavit et inviscerum
sanguine mente et corpore exeunte publice per expressumque recognovit
quia de omni ac integro iure suo vigore inscriptione coram iudicio et
Actis terrestribus Premisliensibus sibi per Quondam Andream Orzechowski
super summam centum florenorum pecunie monete Polonie facta, in actis terrestribus
Premisliensibus contentum tum de omni ac integro iure, Citationibus Concilia-
tionibus Adiectionibus lucri perlucris penis damnis ac processu iudicia-
rio pro vadio ducentorum florenorum pecunie ex vi inscriptionis eiusdem terrestris
Premisliensis ob non admissam realem intrationem in bona inscriptionis eiusdem ap-
posita et specificata quod summam essentialem centum florenorum pecunie
ipsi solvere per ipse in ea inscriptione denominato nequivit super
ipso Quondam Andrea Orzechowski et bonis eius perductis obtenta
et acquisita ac in quovis punctu et gradu iuris dependentibus ut vigore
Acta presentia Castri Premisliensis de his fusius testantur, cum omni
iure Dominio et proprietate, ac ad omnibus eiusdem inscriptionis terrestris
Premisliensis conditionibus punctis articulis et ligamentis, nil sibi
et suis successoribus iuris et proprietatis ratione inscriptionis et perlucro-
rum obtenta et coram officio presenti iuridice perductorum relinquendo ita
ex nunc Quondam Joanni Tharanowski et successoribus eius cedit et
condescendit ac omne integrumque ius suum quodcumque ipsum ex vi
inscriptionis predicte et perlucrorum competit competere quod dignoscitur
in ipsum Joannem Tharanowski et posteros eius transfundit

2197

et incorporat, ac summam eandem centum florenorum pecunie tam lucri et perlucri eius Jo-
anni Tharanowski et posteris eius dat donat et resignat perpetuis tem-
poribus. Et ita ex nunc coram officio presenti hiciendo recognoscens predicto Joan-
ni Tharanowski et posteris eius in ius predictum modo supra cessorium
condescensorium et transfusorium dat et admittit realem intrationem cum actu-
ali et pacifica possessione. Inscribitque se prenominatus Generosus
Andreas Tharanowski successores super bonis suis predictam inscriptionem
presentem ex his Actis ad acta terrestria Premisliensia ante decursum unius
Anni in hac vel meliori verborum forma transferre et transportare sub
vadio centum florenorum pecunie monete et numeri Polonie in casu non transporta-
tionis ipso facto ad solvendum succumbens. Pro quoquidem vadio succum-
bito si se predictus Quondam Andreas Tharanowski vel successores eius
eidem Quondam Joanni Tharanowski aut posteris eius citare permiserit.
Extunc recedens a terrestribus districtibus iuribusque suis quibusvis propriis
coram presenti Castri Premisliensis officio in primo citationis termino stare
parere rudere ac pro vadio eodem satisfacere una cum suis posteris te-
nebitur. Nullum tamen occasione premissorum vera vel simplici infirmi-
tatibus Actione pro maiori Bello expeditione bellica, incursu hostium Anna
pestifera Conventione generali vel particulari statutis quibusvis sancitis et
sanctionibus legationibus interregno Minorennitate successores ac legatibus
quibusvis impedimentis differrent. Ad quietationem dilationem non petent. Pe-
na tamen Mancipii et tunc pena vadium et vadia non evadent. Motionibus
Appellationibus earumque prosecutionibus Controversiis exceptionibus suspe-
ssionibus Evasionibus ac dilationibus quibusvis universis de iure et consuetudi-
ne dari solitis iurisque et facti remediis se cum successoribus suis ab dicta
sue et suorum successorum sub quomissione totius cause vigore lectionis vadii
quo soluto utique inscriptioni presenti tenentur quoniam sit necessarium satisfacere
erit astrictus cum suis successoribus. Nulla prescriptione tamen obstante

Actum in Castro Premisliensi Sabbato ante festum Conversionis sancti Pauli Apostoli proximo Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo nono Paczlawski quietat alium

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Nobilis Mysko Pan